dicitur *Numerus Exponentialis* (Exponential-größe). Sunt itaque A^{m}, A^{-n}, $A^{\frac{1}{n}}$, $A^{\frac{m}{n}}$ numeri exponentiales.

§. 17. *Theorema.*

$A^{(\pm)m} \times A^{(\pm)n} = A^{(\pm)m+(\pm)n}$ i. e. Numeri exponentiales ejusdem radicis, quorum exponentes potentiarum sunt numeri integri positivi vel negativi, vel etiam zeri, (ambo vel promiscue) multiplicantur, inscribendo radici, exponentis potentiae loco, summam exponentium in factoribus obviorum. Additio autem exponentium iisdem legibus absolvenda est, quae de addendis quantis sibi oppositis praecipiuntur, ut itaque sit:

I. $A^{+m} \times A^{+n} = A^{+m+n}$

II. $A^{+m} \times A^{-n} = A^{+m-n}$

III. $A^{-m} \times A^{+n} = A^{-m+n}$

IV. $A^{-m} \times A^{-n} = A^{-m-n}$

Demonstratio.

Ad I. Est enim $A^{+m} = A.A.A\ldots$ i. e. A ducto in se *m* vicibus (§. 3. et §. 13),

$A^{+n} = A.A.A\ldots$ i. e. A ducto in se *n* vicibus,

proinde $A^{m} \times A^{n} = A^{m+n}$ i. e. A ducto in se *m* + *n* vicibus.

Ad